(struĕre). 4. Cras epistŭlam tibi (scribĕre). 5. Semper amīci fidi (esse). 6. Si sapientiam non habes hodie, cras nihil (habēre). 7. Bonus magister consilia bona semper (dāre). 8. Ego tibi de nostrā scholā (scribĕre). 9. Castra Romanōrum vallo fossaque (munīre).

VII. Перекладіть текст, напишіть його в минулому часі недоконаного виду:

Graeci et Romāni non unum deum, sed multos deos deasque colunt. Primus in numĕro deōrum Iuppĭter est, Saturni filius, domĭnus mundi. Locus, ubi Iuppĭter sedet et mundi imperium tenet, est Olympus. Neptūnus, secundus Saturni filius, in Oceănō regnat. Nautae Neptūno equos et tauros immollant. Pluto, Saturni tertius filius, a Romānis horrĭdus umbrārum domĭnus, deus inferōrum putātur.

VIII. Перекладіть текст:

De Mercurio

Mercurius deus Maiae filius erat. Primum Mercurius a Romanis et Graecis pro deo commercii colebātur. Deinde, ut a Graecis, deōrum nuntius et minister numerabātur. Mercurius iussa deōrum incŏlis nuntiābat et anĭmos mortuōrum ad infĕros deducēbat. Saepe igĭtur modo in Olympo, modo in terrā, modo apud infĕros erat. Praeterea Mercurius erat deus eloquentiae; ităque Graeci et Romāni Mercurio linguas bestiārum sacrificābant. Simulacra Mercurii in foris oppidōrum et in viis et in triviis erant.

IX. Доповніть речення:

Mercurius a popŭlis antīquis deus … putabātur. Deinde … et … deōrum numerabātur. Mater Mercurii … erat. Animi mortuōrum … … ad infĕros deducebantur. Graeci et Romāni Mercurium deum … putābant. Quapropter … bestiārum Mercurio … … … sacrificabantur. Simulacra Mercurii in … Italiae collocabantur.

X. Випишіть з тексту “De Mercurio” іменники першої відміни. Виконайте їх граматичний аналіз.

XI. Перекладіть речення в активному і пасивному стані: 1. Студенти вивчали, вивчають і вивчатимуть іноземні мови. 2. Поети прославляли, прославляють і прославлятимуть відвагу воїнів. 3. Пожежі руйнували, руйнують і руйнуватимуть ліси.

Mandāte memoriae sententias Latīnas

- ✓ Aut inveniam viam, aut faciam. – Або знайду дорогу, або прокладу.
- ✓ Bis repetīta placēbunt. – Двічі повторене сподобається.